ἔπρασσον, ἔς τε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
ἄστρων ἔδειξα, τάς τε δυσκρίτους δύσεις.
καὶ μὴν ἀριθμὸν, ἔξοχον σοφισμάτων,
ἐξεῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις,
μνήμην θ', ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην.
κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα
ζεύγλαισι δουλεύοντα, σώμασίν θ' ὅπως
θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
γένοινθ', ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιληνίους

467. ὁδοὺς pro δύσεις Stob. Ecl. I. p. 4. ed. Heeren. Anonymus in Misc. Obs. VII. p. 182. ex initio Codicis Augustani, Eclogas Stobaei complectentis, hunc locum descripsit; sed post v. 467. haec in MSto exarantur. Ἀριθμὸν εὑρὼν ἔξοχον σοφισμάτων. Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων Βίον διῴκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον Θηρσίν θ' ὅμοιον· πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον Ἀριθμὸν εὕρηκ' ἔξοχον σοφισμάτων. Eadem dedit Heerenius ex Cod. Vaticano. Sed Butlero merito suspecta sunt; satis enim liquet hos versus, si nostri sint, ex Palamede fabula desumtos fuisse; cujus nominis tragoediam, etsi a Stanleio praetermittatur, Aeschylum scripsisse conjicit Gatakerus A. M. P. X. p. 350. atque ex ea haustos fuisse versus apud Athen. I. p. 11. Καὶ ταξιάρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατοντάρχας Ἔταξα, σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα, Ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρία. In fine primi versus Jos. Scaliger corrigit καὶ ταγοὺς, contra metrum; Valcken. ad Phoeniss. 546. καὶ λόχους: postrema pars citatur a Schol. Venet. ad Il. *B*. 381. Eustath. a Valcken. notato. Gatakeri conjecturam certam reddit Scholiastes Venetus ad Il. *Δ*. 319. Αἰσχύλος Παλαμήδη, Τινὸς κατέκτας ἕνεκα παῖδ' ἐμὸν βλάβης. Euripidis Palamedes ait Ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι. Confer etiam Sophocl. Nauplii Fragm. V. Et forsan Eurip. in Supplic. ad v. 458. citatus, Palamedis locum potius quam Promethei respexisse videatur.

470. μουσομήτερ' Abresch. contra linguae analogiam, quod et ipse postea sensit. ἐργάτιν Ald. Rob. Turn. obelo figit Porsonus. Antiquam lectionem ἐργάνην receperunt Brunck. et Schutz. Vox est Attica. ἐργάτις apud antiquiores plerumque πόρνην significabat; ita enim Archilochus Neobulen vocabat, teste Eustathio, p. 1488, 37. vid. Pindar. Isthm. II. 9. Abresch. Misc. Obs. VII. p. 295. Valcken. ad Herodot. p. 48. In Sophocl. Phil. 97. χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν. suspicor rescribendum esse ἐργάνην, ut in Eurip. Androm. 1005. ἐργάναν χέρα, quod Toupius recte, ut opinor, pro vulgato ὀργάναν legit ἐργάνην pro ἐργάτιν Sophoclis fragmento apud Clem. Alex. Protrept. p. 78. restituit Gatakerus A. M. P. p. 494. atque ita dederat H. Steph. in Thesauro.

471. πρῶτ' ἐν Rob. Hunc locum varie distinguunt Viri docti. Porsonum secutus sum, qui cum Tyrwhitto interpungit; atque ita quidem Schol. B. δίφροισι pro ζυγοῖσι conjecit Musgravius. Tyrwhitti sententiam videas in notis Kiddii ad Dawes. M. C. p. 481.

472. ζεύγλῃσι Colb. 2. M. 1. Brunck. quam formam praefert Porsonus ad Med. 479.

474. γένωνθ' Ald. Rob. Turn. Tyrwhitt. γένοινθ' Dawes. M. C. p. 272. ὑφ' ἅρμα τ' Turn. Stanleius confert fragm. Prom. Sol. apud